Handschrift

Seite 171r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

flaccus ut bti gregorij gladio finiret. At ille cepit
dicere in medio amphiteatri. Benedico te deo meo et rex
meus. adiutor et liberator meus. qui me hodie de hac scla
ad te uocare dignatus es. Et respiciens ad celum audiuit
uocem magnam dicentem sibi. Ecce gregori coronatus es.
et in nomine sancte assumptus es. ingrede ad me bndicte
a dno. parata est habitacio tua. Adhuc angelo loquente
ab aquilone abscisum est capite truncatum est. Tyrannus
uero iussit dimitti feras tribiles. ut corpus bti gregorij ab-
sorberent. Fere uero rabientes uenerunt usque ad corpus.
et flectentes genua et capita sua. adorauerunt corpus bti
gregorij. Et hec uidentes populi clamabant uoce magna
dicentes. Vere magnus est deus xpianorum. et multi credide-
runt in dno. Flaccus uero eadem die percussus ab angelo.
et uomens interiora sua. expiauit. Corpus uero bti grego-
rij iacebat in medio amphiteatro. Erat autem quedam
mlr xpiana abundancia nomine que accedens ad tyrannum
petit corpus bti gregorij. ut eum colligat de medio amphi-
teatro. Cum tyranno dicit. Affer mihi aureos xxxv. et tra-
pe corpus. Abundancia uero xpiana dixit. Ad petis accipe
hoc accipe. hoc tantum rogo. ut celerit detur in corpus.
Respondens tyranno dixit illi. Vt dixi affer mihi xxxv
aureos et accipe corpus. Et ob tulit tyranno habundancia
aureos xxxv. et ita recepit corpus bti gregorij gaudens
et bndicens dnm dicens. Bndicto dns qui non amouit
orom meam et misericordiam suam a me. Et sepeliuit eum et condi-
uit balsamo cum nardo et aromatibus pciosis. et reposuit
eum iuxta pontem lapideum et riuum qui sancto appellat iuxta
murum ciuitatis x. die kl' jan. cum ymnis et canticis dicen-
tes. Mirabilis deus in sanctis suis. deus israel ipse dabit uirtutem
et fortitudinem plebis sue. bndictus deus. Iusto dns in uiis
suis. et sanctus in omnibus operibus suis. qui dat uotum optanti. et bn-
dicat animum iusti. ipsi honor et gloria et imperium in secula seculorum
amen